

DE SVCCINO

paulò crassiori cōstare, præsertim cū tantus foetor nō insit Gagati qualis in lapide Thracio requirit̃. Nicandri interpretres dicit esse bitumē quod lapidis modo cōcreuerit. Aqua inspersa, p̃inde ac bitumen, dilucidius ardet ac exurit̃: oleo restinguit̃, teste Nicãdro & Dioscoride. Inuenit̃ in flumine Scythiæ cui Ponto nomen est. Dicitur autem poëtice Threicius.

Agricola Obsidianū lapidem eundem quoq; esse credit cum Gagate, quod nigerrimi coloris sit & translucidi interdum, & quod in parietū speculis pro imagine vmbra reddat. Sed Plinius inter vitra retulisse videtur: ergo non est bituminosum quiddam.

Samothracia in insula, inquit Plinius, eiusdem nominis gemmā dat nigrā, ac sine pondere ligno similē. Est itaq; nihil aliud quàm Gagates politus. tribuit enim ei Plinius colorē similē, eandem leuitatem, & ligni similitudinē.

Ad bituminosos lapides etiā aliæ
gem-